

August Varenius

**Augustus Varenius, D. ... ad funus indictivum ... Matronae Mariae Meibomiae Viri
... Dn. Joh. Bacmeisteri ... desideratissimae Coniugis ... honorificae frequentia
deducendum, autoritate publica Universum Ordinem Academicus, omnium sc.
Facultatum Dominos Professores ... invitat**

Rostochi[i]: Wepplingius, 1683

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770362486>

Druck Freier  Zugang



Varenius, A.,

in

M. Meibom.

x Bacmeister
Rostock, 1683.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770362486/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770362486/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770362486/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770362486/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770362486/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770362486/phys_0004)

DFG

AUGUSTUS VARENIUS, D.

Senatus Academicus & totius Acad. Rost. SENIOR
ad funus indicivum

Nobilissimæ & primaria MATRONÆ

MARIÆ MEIBOMIAE

VIRI

Magnifici, Nobilissimi, Excellentissimi

DN. JOH. BACMEISTERI,

Doct. & Prof. Med. ac sup. Math. celeberrimi, & lux

Facult. SENIORIS Ampliss. Acad. Rost. h. t. RECTORIS,
desideratissimæ Conjugis,

d. 25. Jun. placidissimâ beatissimâq; morte, quoad
læram ad iox yrelia gloriosam & coelestis Regis au-
lam sempernamque sic Patriam evocatæ
Jul. Conditorio suo, solenni exequiarum
memoria in Templo S. M A R I Æ inferendæ,
honorifice frequentiâ deducendum,
autoritate publicâ



Ubiq[ue] q[ui]am Ordinem Academicum, omnium sc. Facul-
tatum Dominos Professores, Doctores, Licentiatos, Verbi di-
vini Praecones, Philos. Magistros, Studiosos,
Omnes deniq[ue] Literatos & literarum Fautores ac Patronos,
invitat.

Luc. XX. 35. 36.

Qui digni habiti fuerint, ut eum illud (beatum) consequantur, &
resurrectione ex mortuis, neq[ue] ducunt uxores neq[ue] nuptum dantur;
nec enim mori possunt amplius: PARES enim ANGELIS sunt & Fi-
lii sunt Dei, quum sint Filii Resurrectionis.

Conventus sicut horâ I. in Templo S. MARIE.

ROSTOCHI, Typis JOH. WEPLINGII, UNIV. TYP. A. C. 100 LXXXIII.



Loriosissimæ Dei Civitatis in-
colarum dignitatis pariter ac fe-
licitatis apex est, nec aliud (dum
inter impios peregrinantur, & per-
fidem ambulantes, nondum per
aspectum, peregrè absunt à DOMI-
NO 2. Cor. 5. 6. 7.) magè studium
quām ut in vita haec mortali, (etsi
in hac sine peccato non vivitur),
coram Deo, qui totus lux est, &
in quo nullæ sunt tenebrae, ambu-

lent in luce (1. Joh. 1. 5. 7. §. 10.) & sic sint sancti, ac post hanc vi-
tam, imprimis inde à consumatissimâ illâ beatitudine, &
dandâ in novissimo die coronâ justitiae effulgeant, sicut sol
in regno sui Patris, & sint ἵγιοι, seu similes Angelis Dei qui
sunt in cœlis. (2. Tim. 4. 8. Matth. 13. 43.) Nec sine ratione
gravissimâ illi gloriæ Filiorum Dei commemorata subjungit
tut mox epiphonema Salvatoris illud. *Qui habet aures ad*
audiendum, audia! Et ἵγιοι γέλας quidem illius vel ἵγιοι. Be-
atorum triumphantium Angelicæ, summus certissimusque,
sic ut jam tunc in præsenti tempore, beatos, Angelis æqua-
les prædicet, Præco, Christus ipse, ο Σωτηρ, in tribus Evange-
listis Luca sc. c. 20. 35, 36: *Qui digni reputati fuerint et dum*
illud (beatum) consequi, et resurrectionem (illam sc. justorum)
Luc. 14. 14.) ex mortuis, iadixys s. pares angelis sunt, et Filii
Dei, quorum sint filii illius (justorum) resurrectionis. Matthæo
c. 22. 30. sunt ut Angeli Dei in cœlo, Marco c. 12. 25. sunt ut Angeli
qui in cœlis sunt, videri poterat, prout fulgorem illum justo-
rum ad instar solis, & coronam justitiae: sic ipsam quoq; ἵγιοι
s. equalitatem Angelicam demum à die illo resurrectionis
s. novissimo mundi, deducere, neq; aliter alicubi Hierony-
mus, &, hoc citato, Augustinus Epist. CXI., ad Fortunatum,

qvi

qui, secundum apertissimam, inquit, Domini sententiam, etiam Hieronymus sentit, tunc nos visuros faciem Dei, quum in Angelos profecerimus, i.e. ubi aequales Angelis facti fuerimus, quod erit utique in resurrectione mortuorum. Quæ tamen ne patrocinari videantur sententiæ, sive Tertulliani, & ante hunc Clementis Romani, omnem animam apud inferos in diem Domini sequestrari, Tadè adusque extremi judicii diem extra cælum detentam, patienter futuram gloriam expectare, sive Lactantii, Ambrosii, omnes animas separatas in abditis terre receptaculis & unâ communi custodia detineri, & post finem vite bujus velut futuri judicii, quo maximus judex meritorum examen facturus sit, adhuc ambigucas, suspendi, sive distinctis à domo Domini h. e. beatitudine, velut in quam sine corporibus non intretur, Bernhardi atris, & incommodiori alicubi interpretamento, Apocalyptic, quod in aperturâ sigilli quinti c. 6.9.10.11. representatur, Altaris, sc. animas sanctorum ante resurrectionem corporis, divinæ visionis gloriâ frui plane non posse, easdemque adusque judicij diem, sub altari Dei i.e. sub solâ Christi humanitate vel in solâ humanitatis Christi visione quiescere, sive Johannis XXII. lassatis Martyrum & Confessorum animabus somnum & quietem tantisper indulgentis, donec extrema illa buccina personatura sit (quam sive cathedralem definitionem, sive doctrinam Papæ Joh. XXII. cum sono buccinarum, coram Philippo Galliarum Rege, damnata per Theologos Parisenses fuisse, in sermone de Festo Paschæ, in presentiâ Regis Galliæ habito, commemorat Gerson, & ex hoc Erasmus præf. in l. 5. Irenæi: In hoc, inquit, errore fuisse videtur Johannes XXII. Pont. Rom. coactus operâ Theologorum ad Palinodium coram Galliarum Rege Philippo non sine buccinâ) nedum Psycho Pannychitarum, Anabaptistarū, Socinianorum errori, sc. animas fidelium in intervallo

allo inter mortem & resurrectionem flertere, dormitare, nullo
actu, motu aut sensu gaudere, nec nisi in præscientia Dei, ex sopore
Letho illo tandem animas resuscitaturi, vivere, ad quam haere-
sin inclinatorem se jam dudum ostendit, sublimatus no-
vorum Remonstrantium spiritus, vid. censura in confess.
Remonstrant. in c. 19. p. 256.) sed nec Papistarum purga-
torio, illi se. non dogmati propheticis: sed commento
Poetico conf. de sentent. super. Patrū Sixtus Seitenensis Bibl.
sacr. lib. 6. annot. 345. Sinnich. in Saule Ex Regē §. 254. 255.
& seq.) prohibet & ex tribus Evangelistis memoratus ja su-
pra stylus Servatoris, in resurrectione sc. non demum primo omnium
vel gaudient i.e. erunt vel sicut: sea SUNT ut Angeli, qui
in caelis, & illa in Apocalypsi audita e caelo vox dicens: Beati
mortui, in DOMINO morientes, aeterni, aja nunc sive confessim
statim, ubi morientur. Certe, dicit Spiritus, (a modis, si-
ve, jam nunc beati sunt, ut requiescant a molestiis sive labo-
ribus suis c. 14. 13. Prohibet animarum, quibus singulis datae
dicuntur stola alba, & adeo illorum magno numero stantium
ante Thronum, & in conspectu agni Candidatorum celestium,
quippe amictorum stolis albis, clamor & vox magna, dicen-
tium: Saluus a Deo nostro est insidenti throno & AGNO, &
illad, ex responso unitis, ex 24. senioribus, in circuitu throni se-
dentibus, Johanni acclamatum: Hi sunt qui venerunt
ex afflictione magna & laverunt ac dealbarunt stolas suas in
sanguine Agni. Ideo sunt ante Thronum Dei & colunt eum in
templo ejus, & qui infidet throno, proteget eos umbraculo:
Agnus, qui in medio throni est, pascit eos & via dux erit
ipsis ad vivos fontes aquarum conf. Apoc. 6; 11. c. 7. 9. 10. 13:
14. 15. 17. Prohibet sanctissimum votum Pauli, cupien-
tis dissolvi, & (statim a dissolutione, vel dimissione ani-
ma a corpore) esse cum Christo Jesu, quo quidem respectu
valde multo melius, Apostolo visum, dimitti, quam ulte-
rius

rius in carne commorari Philip. 1. 23. Prohibet responsu^m
mū Σωζεσθε crucifixi, datum Latroni: Amen dicotibi; bodie
mecum eris in paradiſo. Luc. 23. 43. Prohibet confessio Hie-
ron. (lib. ad Pammach. de errore Joh. Hieros.) contra
Vigilantium : Non possumus incorpoream & eternam ani-
mam in modum glirium immobilem torpentemque sentire.
Prohibet illud Augustini ~~νέοντα λαλών~~ qvā in En-
chirid. c 108. 109. Vicit Nebridius carne solutus in sinu Abra-
ham. Ibi vivit, unde me multa interrogabat homuncionem in-
expertum. Jam non ponit aurem ad os meum : Sed
Spirituale os ad fontem tuum (o Domine DEUS) & bi-
bit sapientiam pro aviditate suā , sine FINE FELIX.
Nec sic arbitror inebriari ex ea, ut obliviscatur mei, cum
Tu Domine, qvem bibit ille, nostri sis memor. (Respectus
Augustinō l. 9. confess. c. 3. ad locum Davidicum Ps. 36.
8. 9. Qvam pretiosa est benignitas Tua, o DEUS; inebri-
abuntur Filii hominum ab ubertate Domus tua, & de torrente
deliciarum tuarum potas eos. Nam penes Te, o Deus, est Fons
vitæ: in luce tua fruimur luce,) Qvi animam dilectissimi si-
bi Nebridii, statim, in excessu à corpore, statuebat in domo
Dei sine fine felicem vel beatā agere, & de FONTE VITÆ bi-
bere, & quidem ad inebriationem usq; nec tamen per inebri-
ationem illam ex fluentis Domus Domini obliterationem in-
duci, agnoscebat, in animam Nebridii, reminiscens Amicē
de Amico, & consuetudinis his in terris contracte, qvi (alibi
Tom 8. enarrat. in Ps. 35. Hebræis 36.) illam inebriationem
interpretabatur de illa ineffabili letitiā, oriturā ex visio-
ne Dei facie ad faciem, per qvam pereat quodammodo sic
inebriata salutari calice mens humana & fiat non Angelica
saltim: sed & divina, sic ut prout illa antea sibiens babebat
spem, ita nunc inebriata ex ipso vita fonte & deliciarum Domus
Dei torrente habeat rem, Deumque videat, & ut fontem, qva-

A 8

GENUS

1000

tenus sibi entem abunde satiat, Et ut Lumen, quatenus antea
cœcum, gloriose nunc illuminat, qui sinum Abram intel-
ligebat locum quietis beate & ineffabilis Letitie, non po-
terat animæ Nebridii separata ræquor sive oblivionem pre-
teriorum (sic ut sive nihil objectorum veterum, ex via
in Patriam s. cœlestem Regis aulam intulerit, sive quo-
dam quasi lethæo poculo soporata, cognitorum antea nil
qvicquam asservarit, nedum qvicquam novæ cognitionis
in cœlesti palatio acquisiverit) inducere, & utut absolutis-
simum illum iouyjolias consummatæ gradum, qui summè
beatos facit, animabus separatis denegarit, non poterat
tamen animas fidelium separatas simpliciter omni iouyje-
lia & illâ gloria, qvæ verè beatos facit, exautorare, ut
adeo fidelis, qvo ad animam, in morte beatâ, & sic ex parte,
in resurrectione autem justorum, totus, in ipso etiam re-
dunito animæ corpore, accipiat illam iō̄mē Angelicam &
sic fiat iouyjel. Nec, adeo sine Paralogismo m̄ w̄s l̄nḡ
μὴ αὐλῶς, inferre licebit: Oi δοθενόκοντες εἰ κυρίως s. morien-
tes in Domino & ἀνδρὶ s. ex illo momento (inchoative) beati,
non sunt omni eo modo sensu & gradu extensivè & in-
tensivè iouyjolai, qvo erunt, inde à resurrectione. E. in illo
intervallo, simpliciter & nullo modo, sunt iouyjolai.
Atque de hâc consumatissimâ iouyjolâ (qvæ velut supre-
mus perfectionis humanae terminus, mediante resuscita-
tione & coronæ justitiae collatione, in die demum novissimo
obtinebitur) locutum Salvatorem, in disputatione con-
tra Saducæos loc. alleg. ex ipsâ textus vel ωδοχῆς Evange-
listarum αὐτῷ tam clarè refulget, qvam, de resurrecti-
one mortuorum ibi actum, Sadducæis, contra hanc ar-
gumentantibus, Salvatore autem, illorum sophismate so-
luto, pro illâ ex Mose (qvem solum Canonicum agnosce-
bant) argumentum invictum afferente.

Yivunt

Vivunt sanè iustorum consumatorum spiritus separati, & inde à morte corporis, ad hujus usque resuscitationem, beatum in cœlis ævum degunt, suis gloriōsè resuscitandis corporibus, reduniendi, neqve hujus fideli alterutrum negatum à Pharisæis est: utrumqve autem contra hos, à Sadducæis, cum quibus, non autem cum Pharisæis (resurrectionem iustorum & in iustorum aperte profitebibus conf. Act. 23. 8. c. 24. 15.) Salvatori tunc negotium. Neq; Sadducæi DOMINUM tunc adiverant, oppugnatum immortalitatem animarum: sed resurrectionem vel avæciorum (quæ certè non animarum est: sed corporum) mortuorum, teste clarissimâ literâ, Matth. 22. 23. 28. Marci. 12. 18. 23. Luc. 20. 27. 33. & ipso sophismate, propositoque in hoc, casu mulieris septem viræ s. quæ successivè septem maritis nupserit, & post illos mortuos ipsa quoqve obierit. Neqve adeo rudes fuere Sadducæi, ut sive novas nuptias animarum separatarum, sc. animæ mulieris cum animâ unius illorū septem virorum cogitarint, s. hoc conseqvens fore reputarint dogmatis de undeq; animæ in dissolutione à corpore: sed, qui ne dubitabant quidem, matrimonium reqvirere corpora consuetudini maritali vel generandæ quoq; suboli idonea, conseqvens id reputarunt dogmatis de corporum mortuorum resuscitatione, & inde, cum indecorū judicarent illi statui matrimonium tale, sive monstrum, si una mulier sociaretur septem maritis, s. contentiosum si in quam jus æqvale ~~re~~ & ~~re~~ se. septem illis fuerat, nuberet uni, quæstionem proposuerunt, cuiusnam *septem* illorum Virorum functorum, mulier ~~in~~ ævum futura esset in resurrectione? quibus adeo nec de statu animarum separatarum: sed de resurrectione mortuorum, & adeo de ~~in~~ ævum, quæstionis qualis futura erat, ex quo resurrectionem illam iustorum, & beatum illud in cœlis ævum, redunita corpori animâ, jam consecuta.

fecuti fuerint, respondendum, & hæc probanda à Salvatore erat, quod & factum esse ex ipsâ pariter literâ Evangelistarum Matth. 22.30. 31. Marc. 12.25. 26. Lyc. 20.35. 37. tam clarum, ut prodigiosum θεοῦ sit, ausum ex Jesuitis Maldonatum, afferere & propugnare, Christum hic non disputasse cum Sadducæis de corporum resurrectione, sed animarum immortalitate, nec pro illâ: sed pro hâc argumentum ex Mose, idemque non nisi probabile & facile solubile, Sadducæis si non nimis stupidi fuissent: sed subtiliores, opposuisse, tandemque arcem causæ in eo collocare, quod admissa hâc, necessario & semper admissa quoque fuerit illa, & negata resurrectione carnis, negata quoque semper fuerit animarum immortalitas, idque consensu omnium s. Christianorum, s. Judæorum s. Gentilium Philosophorum. Contrarium ex Partiariis Sadducæorū (quos sic vocat Tertullianus. vid. l. de res. Carn. Christ. l. de præscript.) Marcionitis, Apellitis, Valentinianis, ex Huls. Theol. Jud. Arist. lib. de anim: ex Platonis Phædone, Phædro, Ciceronis Tusculanis, Scaligero, abunde constat. Sed nec ἡμῖν illa Angelica, à Servatore beatis promissa, inde à Resurrectione gloriosa, sive restringenda ad incompetentiam consuetudinis nuptialis, & ad præcisam à gloriâ incorruptibilitatem corporis fuerit (qvæ utraque etiam in dæmones cadit,) sive nimis extendenda ad omnia sanctissimorum Angelorum, agenda officialia (neque enim sancti beati: sed soli Angeli sunt λειψανά πολὺ μακρά), nedum ad omnia, qvæ Angelis, & exinde spiritibus sanctorum beatis Papismus affingit curiosa, ex suppositâ desideriorum mortalium notitiâ Angelicâ, Angelorum pro sanctis militantibus intercessione, illorum ad mortales Legatione, ad parem, sive ex celerrimâ animarum beatarum

tarum e cœlo in terras evolatione, sive Angelorum cum
animabus de conditione particulari singulorum mili-
tantium, arcanâ communicatione, sive, immediatâ reve-
latione, qvâ Deum videntes, in Deo, qui est omnia in
omnibus, videant omnia, notitiam desideriorum morta-
lium in ipsis animabus separatis, & harum inde coram
Tribunali divino intercessionem, pro militantium neces-
sitatis in particulari vel singulari, nedum plus ultra-
eundo, & (hereticè supposita θρησκείᾳ Angelica) ab hâc ad
cultum religiosum sanctorum Functorum (sive in regno
sive in Purgatorio sint) hereticè inferendo, qvia se, ap-
pellentur ιωάγγελοι, qvod tamen Papistarum argumentum
destruxit in commentariis ad hunc locum Maldonatus
ab hoc sociorum suorum extremo in, oppositum litus &
sic in contrarium currendo, eandemq; æ qualitatem Ange-
licam hic ad incompetentiam nuptialem restringendo.
Et destruitur quoq; dum in locis allegatis ιωάγγελοι ad statu
inde à resurrectione refertur, post quam nullus interpel-
lationi Angelorum nec adeo sanctorum beatorum, vel
ipso Papismo confessore, locus erit. Dantur in Angelis,
ex Angelico confirmationis Sacramento, dotes, in ordine
Creaturarum omnium, excellentissimæ & perfectissimæ,
ultra quam nulla sublimius ascendit, hominis sive olim
integri, sive, postquam tanto fastigio cecidit, per gratiam
& gloriam reparati, perfectio, Sapientia, Sanctitas, virtus,
Puritas, flagrantissima in Deum & Civitatem Dei Charitas,
visio beatifica Dei, ardentissimus, expediundi volunta-
tem Dei, Zelus, gaudium de Peccatore resipidente, im-
munitas non à lapsu saltim: sed & à potentia labendi vel
peccandi, sic ut labi & alterari vel affligi nullo modo pos-
sint, qvæ omnia in Sanctos, cùm ante Redunctionem cor-
porum, tum post hanc, & qvidem post resurrectionem.

B

qvoad

qvoad spiritualitatem, incorruptibilitatem & visionem Dei
gloriosam, in ipsa qvoq; corpora influunt, ut sic sancti Beati
sint sicut Angelis in cœlis, vel unâ voce Lucæ, iouy yælo. Atq;
ad illud coelestis vocationis Begðæv, ad gloriosam illam,
cum Angelis & Sanctis Triumphantibus reuertar, & sic
iouy yæla, cum cunctis mortalis suæ vitæ diebus con-
tenderit Matrona primaria & Nobilissima, MARIA
MEIBOMIA, peculiarem quandam & parentationem,
& diei vitalis supremam traditionem merebatur, quam
quum, et si in moerore longe maximo, Magnificus DN.
Maritus, nunc modestissimus Vidiuus, plenissime conscri-
perit, ipsius, ut eò magis moveat, qvò magis illum dolor
ex funere dilectissimæ lancingat, verbis hic expedimus.

Nata est, nunc cœpta denata, MARIA, uxor mea desideratissi-
ma A. 1632. Faire Viro Nobilissimo Excellentissimo ac Experi-
entissimo Dn. JOHANN HENRICO MEIBOMIO Phil. & Med.
D. celeberrimo primum in Acad. Julia, que Helmstadii est, per
XL annos Med. Prof. Publ. famigeratissimo, postmodum vero
per XXVI. annos libere Imperialis Civitatis Lubecens. Physico
optime merito. Matre vero Matrona honestissima, & inter pri-
mos precipua ELISABETHA Oberbergs, in ipsa grande a
senectute, acerbum hunc filie Charissimæ obitum, maternè de-
fleente. Avus ei paternas fuit vir Excellentiss. ac Clariss. DN.
HENRICUS MEIBOMIUS per XL annos in Acad. Julia
Hist. ac Poës. Prof. Celeberrimus, tum ob singularem Antiqui-
tatis Germanica notitiam, tum ob alia edita scripta, & olim
Gadhuc dum clarus fatus. Avia paterna Fœmina Ornataff.
SOPHIA Boëtius. Avus Maternus fuit Vir Nobiliss Am-
pliss. & Consultissimus DN. JOANNES OBERBERG primum
Civitatis Mindensis in Westph. Syndicus optimè meritus post-
modum vero Serenissimi Principis Mecklenb. DN. ADOLPHI
FRIDERICI beatissima recordationis, Cancellaria Svericensis
Director

Director gravissimus. Avia Materna Matrona Nobilissima
Wöbbe Geveloten / è perantiqua, & prænobili fami-
lia a der Geveloten / oriunda. Primus Proavus Pater-
nus fuit Vir plurimum Reverendus & Clarissimus DN. MAR-
TINUS MEIBOMIUS, initio Scholæ Lemgoiensis Rector,
inde Alverdissa in comitatu Lippiensi Pastor optimè meritus
Avia prima Patera erat Matronalium virtutum dotibus con-
spicua DOROTHEA Dreyers / Celeberrimi Theologi D.
JOANNIS DREIERI, primum Civitatis Hervordiensis,
postmodum Mindensis, Superintendent gravissimi, Evan-
gelicæ Religionis propagatoris in Westphalia indefessi, Filia
Secundus Proavus Paternus fuit, Vir Excellentissimus DN.
DAVID BÖKEL Archiater Guelficus, Secunda Proavia Pa-
terna, Fœmina decoratissima MARIA Grayendorff.
Primus Proavus Maternus fuit Vir Spectatissime integritatis
DN. JOANNES OBERBERG, Civitatis Mindensis Came-
rarius. Prima Proavia Materna Nobilissima DN. ELISA-
BETHA Kempters / ex perantiqua Kemptorum familia,
qua Minae in Westphalia est, originem ducens. Secundus
Proavus Maternus fuit Vir Nobilissimus DN. DANIEL Ge-
veloth / patricius Mindensis. Secunda Proavia Materna
fuit Matrona Nobilissima ANNA Voigts / è præno-
bili Voigtorum Mindensis urbis familia, oriunda. Hisce
Majoribus prognata uxor mea desideratissima, non potuit
non in officina pietatis virtutumque palestra, ad omnem hone-
statis cultam, actionesque illi quod sexui, & primarie dignationis
Virgini convenientes, à piis, providisque parentibus educari
Institui. Removebantur omnia irritamenta quibus in exitia-
les scopulos ceream musteamque etatem nonnunquam abripe-
re laborant, Urbane Syrenes. Nec quicquam post obitum
Parentis Mater desiderari in se patiebatur, quo filia hecce,
fructus

B 2°

frucluosa familiaris rei scientia imbueretur. His itaque
exercitiis in patria domo ita innutritam Virginem, in suam
Conjugem exoptabat Vir Amplissimus & Consultissimus
DN. CHRISTIANUS à THINEN J. U. D. & Practicus
Celeberrimus Rostochiensis, cui etiam anno seculi hujus LXVIII.
die XXX. Julii, hec Rostochii, presentibus Matre Cha-
rissima, Fratre, Viro Excellentissimo DN. HEINRICO
MEIBOMIO, per multos jam annos Medicinæ, & uti nunc
Historiarum Profess. in illustri ad Elmum Universitate Cele-
berrimo, p.t. ejusdem Academiæ Prorectore Magnifico, & sor-
ribus, in matrimonium collocata, & post unius anni decur-
sum, ut sunt mortalium vices, est erepta, naturæ conceden-
te Marito p.m. In viduitate relieta, mores suos & ornamen-
ta composuit ad speculum, quod B. Apostolus in sua ad Ti-
motheum Epistola Viduis obvertit, & Deo Domino confidens,
laboribus & deprecationibz, procul habitis mundi illecebris su-
am est solata solitudinem, turturisq; adinstar, per integrum
Novennium, priorē ingemiscendo, maritum luxit Vidua, &
ejus imaginem semper in oculis, veluti vivam habuit.
Insuper secunda vota, ut ipse qvæ viduis periculosa esse uiderat,
aversata est. Quamvis autem castam viduitatem Mariti piis
manibus servari fixum ipsi immotumque sederet, tamen Mae-
trimonium Iehove prouidentia, ut dirimi ita quoque concili-
ari & consolidari, suo exemplo testatum fecit. Cum enim
Anno M DCLXXVI. ipsis Calendis Aprilis ego dimidiatus
parte Conjuge mellitissima HEDWIGA Wulfrahls p. m. or-
barer, ac graviter iam sanc' viduitatis molestias experirer, sic
ut votum Castitatum temporis compari desideratissimæ de-
stinatum, accidente daneno illo irreparabili, per incendium
hujus urbis famigeratissimum Anno MDCLXXVII. XI.
Augusti mibi meisque illato bonis, firmare ac implere, per

ccc

accumulatas inde rei Oeconomice difficultates hanc liceret,
moderante Deo, ad novi matrimonii consilia participanda eun-
dum fuit. Metuebam quidem novercale periculum, Verum
metum hunc ex humana curiositate subortum JEHOVA Vi-
dui status protector dispellebat, corda nostra amoris glutine
uniebat, efficiebatq; ut arescente, cui ambo separatim insideba-
mus palmite relicto, sub uno tecto & lecto A. MDCLXXIX. die
XXIII. Aprilis, felici conjugio sociaremur. Et sane metum
illum, qui utrumque nostrum, in vita viduali maceraaverat,
vanum fuisse, experientia edocuit. Si quidem non minorem
curam privignorum pie defuncta, quantum per adversam cor-
poris valetudinem, cum qua sapissime constabatur, (capitis
quamque doloribus sapissime divexabatur), fieri poterat habe-
bat, ac si natura mater iis suisset. Mabitam negotiis pub-
licis, quam privatis occupatissimo, semper consilio auxilioque
adstitit corporisque mei observantissima, gnaviter prospexit,
ne offenderet, vel importunior sollicitudo lacessere i, Pieta-
tis studiis dedita semper & lectionibus meditationum, quas
diversi ediderunt Theologi. Quae de Thabitare referuntur, ad
hanc meam, jam piae functione desideratissimam conjugen,
commode applicari poterunt: Tam enim artificiose omnia
formare, manibusque versare potenserat, ut nihil quic-
quam in eadem, quoad haec elegantis ingenii hanc vulgaria
documenta, desiderari meo equidem judicio posset. Con-
charum instar lubens domi permanebat, resque tractabat do-
mesticas. v. praeter lapsi mensis Junij die, sororejus ultimò geni-
ta, Fœmina lectissima CATHARINA MEIBOMIA, cum
Marito Viro Nobiliss. Excellentiss. & Experientiss. DN. JO-
HANNE SALOMONE HATTENBACHEN Med.
D. & Practico Lubecens. felicissimo, Affine meo honoratissimo,
Lubeca invisendi gratia meas accedebat aedes, quos etiam
tanto animi cum prolubio desideratissima mea Maria una me-

rum excipiebat, ut etiam toto presentia tempore vix ab eorum colloquio ad momentum temporis divelli posset, discendentes iterum illos, invita quidem dimittebat, interim tamen, subsequentibus diebus seposito moerore è discessu sororis affinisque contracto belle satis se habebat. Ipso Joannis festo Sacris interesse gestiens, salva sanaque templum Marianum intrabat; Licet autem circa finem Concionis de doloribus ventris conquesta jam esset, templo tamen, suadente quamvis filia mea natu maxima, antequam sacra omnia plenè peracta essent, & adeò sine benedictione Ecclesiastica, discedere noluit. Domum è templo reversa, Colicum subesse dolorem animadverte, statimque omnia adhibui, quæ vel apta nata ad tollendum illud malum, verum omnia frustra. Semper enim dolores augebantur, accedebant vomitus, donec circa IX. Vespertinam, malum hocce in Choleram, morbum violentissimum degenerabat, quemper totam noctem vomitus continui, ventriculi & intestinorum morbus, inflatio, dolores intensissimi, sitis, aliaque gravissima comitabantur symptomata, omnem medicamentorum vim & excellentiam serpentia. Morbi itaque vim arti Medica predominari animadversens, salvifico Corporis & Sanguinis supremi Aesculapii phar-maco refocillari unice desideravit Quod etiam è manu DN. Confessionarii, Viri Pl. Reverendi & Excell.DN.D.FRANCISCI WOLFFII. S.S.Theol.Prof.& Pastoris Mariani Celeberrimi lata, tantum cum devotione presentibus duorū DN. Consulum, unus sc. DN. Suteri p. m. Vidua, alterius sc. Notabiliss. DN. D. Fischeri Coniuge fulgidiss. circa med. 9. matutinam, accepit, ut ipsius constantiam mirari satis non potuerim. Per actis hisce sacris, melius se habere dixit. Ego convocatus, officii ratione ad Concilij locum quibusdam studiosis, eò ireactus, me statim reversurum promisi. Verū, vix dum

Intraverā Concilium; ecce ex improviso, per Ministrum
Academie publ. hypothyraias gravissimas obruere uxorem
indicatur. Properabam ergo, quantum quidē poteram
domum, Charissimā meā agonizantem; non sine stupore
& ingenti animi merore inveni, quæ sic inter preces ad stan-
dium Charissimorum liberorum, animam bēnē pastam,
probemunitam XXV. Junii, post undecimam Matutinam,
Deo creatoris suo, à quo eam ante LI. annos accepérat, placide
reddi lit; quoniam per V. annos & 2. Menses tori mihi socia
fuisse, quo, ut ut in conjugio huic mēe desideratissima secun-
do, & que ac primo, sterili, tetroqvi, candida perpetuo se-
dit Concordia lecto. Hocce insperato iteratō vulnere,
quomodo nē a hīent p̄r accordia, vel quilibet Christianus faci-
le coniūcere poterit. Mæror an mi gravissimus plura expri-
mere non permittit. Dolor ingens uelo injecto rectius spe-
ctatori intelligendus representatur, quām verbis vel Apellis
penicillo. Unde nihil nūc addo, quia, prout graviter Seres
ca: Mala minora loqvuntur, majora stupent.

Audivimus Magnificum p.t. Rectorem, nō cestissimum
nūc alterā jam vice Viduum, non tam verbis (quæ de-
sunt immāni dolori) quām stupore vel affectu loquentem,
cui à Patre miserationum, & Deo omnis consolationis,
ex faciārio Israelis, penetrantissima, depellendo tanto
dolori precamur remēdia. Non occidit sine singulari gra-
tiosissimāqvē Dei ~~mālātātā~~ providentiā. Imō nē
quidem mortua est, quia Deo vivit. Facta est voluntas Do-
mini; quām, ut fiat, precamur cotidie. Non quām diu,
sed quām bēne, et si diu satis ad partum vixit, si quām
ex illa nūc functā concedere sobolem voluisset is, qui &
uterū aperit & claudit. Seqvemur propediem ~~ēas~~ ēridi
tūpāū. Ne suspiremus! Ecce Iudex astat ante fores, Per-
sonat

sonat jam de media nocte clamor : Ecce sponsus venit !
Exite in occursum ejus. Vigilate , qvia nescitis quā die
qvāve horā, Filius hominis veniet. Exivit in occursum
sponsi cœlestis, beata nostra. Subiit ex inquieto pelago
portum. Venit ad nuptias AGNI. Intravit in gaudia sui
Domini. Eripiat qvoq; nos DOMINUS ab omni malo , servetq;
regno suo cœlesti , cui sit gloria in secula seculorum !

Qvod superest , ut fulgidissimis undiquaque familiis , & vel ma-
xime autoritatē Magnifici p.t. Academiz Rectoris, hoc casu præcæte-
teris affecti , ejusque ingenti dolori temperando , & primariæ No-
bilissimæque Matronæ dignationi supremum exeqvarum honorem ,
maximâ freqventiâ & Reverentiâ, illas eundo exsolvant , omnes ,
qvos in ipsa inductione funeris honorificè designavimus , non adeo
prolixè nunc invitamus , qvām singulorum , qvotq; in primis Ju-
risdictionem Academicam agnoscunt , præsentiam , vel citra han-
indictionem si foret , nobis promittimus. Adhuc hora i. postmerid.
ad datum in templo Mariano præambulum Campana majori , fu-
neris efferendi , signum , tantâ , quantam nobis pollicemur , freqventi-
a , ac inter eundum meditentur illud paradoxon Vetus Raven-
natis Archiepiscopi , cui ab aurea ingenii & eloquentiæ ubertate , no-
men Chrysologi : Christiani morte nascuntur , sine inchoantur .

*Qubi extincti puerabuntur in terra , vivunt
in calo.*

D. P. Sub Sigillo Rectoratus die 3. Julii. A. O. R. 151 152 xxciiij.
Conventus erit in æde Marianâ horâ





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770362486/phys_0021](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770362486/phys_0021)

DFG

GK



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770362486/phys_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770362486/phys_0023)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770362486/phys_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770362486/phys_0024)

DFG

intraverā Concilium, ecce ex impro-
Academie publ. hypothyraias gravissi-
indicatur. Properabam ergo, qua-
domum, Charissimā meā agonizām
& ingenti animi merore inveni, qua-
tum Charissimorum liberorum, a
probe munītam XXV. Junii, post und
Deo creatori suo, d quo eam ante LI.
reddi lit, qvam per V. annos & 2. I
fuisse, quo ut in conjugio huic mea-
do, & quē ac primo, sterili, tetroqui-
dit Concordia lecto. Hocce inspera-
quomodo mea hient præcordia, vel qu
le conjicere poterit. Major animi gr
imere non permittit. Dolor ingens
ctatori intelligendus representatur, q
penicillo. Unde nihil nūc addo, qui
ca: Mala minora loqvuntur, ma

Audivimus Magnificum p.t. Re-
nūc alterā jām vice Viduum, no-
sunt immani dolori) qvām stupore v
cui à Patre miserationum, & Deo
ex sacario Israelis, penetrantissim
dolori precāmūr remēdia. Non occ
tiosissimaqvē Dei ~~πλευράς χρονίας~~ p
qvidem mortua est, qvia Deo vivit.
mini, qvam, ut fiat, precāmūr eo
sed qvām bene, et si diu satis ad pa
ex illa nūc functā concedere sobo
uterū aperit & claudit. Seqvemur pro
tūpūl. Ne suspiremus! Ecce Ju



inistrum s
uxorem
poteram
e stupore
es ad stan-
pastam,
utinare,
at, placide
hi socia
me secun-
peruo se-
vulnera,
anus faci-
ura expri-
ectius spe-
vel Apellis
iter Senes
tissimum
(qvæ de-
iventem,
olationis,
do tanto
ulari gra-
Imō nē
antas Do-
vām diū,
si quam
is, qui &
Ḡ c̄ idia
ores, Per-
sonat